



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis  
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de  
Antverpiae, 1610**

35 De eccöesoastocorum negotiorum examine apud Iudicem sæcularem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

Atque ita hunc intellectum tenuere gl. in d. l. aliud. in ibi Dom. Præpos. & Card. à Turrecremata post alios, quorū sententia mihi probare videtur tacite Arc. in d. c. 2. col. 2. & expressim Septimacensis in d. c. 46. nu. 19. qui citat & ad hoc ipsum alterū eiusdem diui Leonis locum ex epist. 94. ad Episcopos & presbyteros intra Thraciā cōstitutos. in cuius epistolā calce sic ait: Sane si clericus laicū pulset, prius se audiri ab episcopis possat, tum si petitioni suā laicum viderit obviare, ex permisso episcopi sui in seculi moderatores disceptatione cōfligat. Hæc sane sunt, quæ à multis adnotari solent circa veram interpretationem epistolæ diui Leonis Papæ, cuius pars à Gratiano adducitur in d. c. aliud.

Forſan eius capitis intellectus apertius cōstabit, si literam, vt extat apud Leonem Papam, hoc in loco subiiciamus, ex epist. 90. ad Rusti. Narbonensem Episcopū, c. 8. egerat enim sanctiss. ille Pontifex de his, qui pœnitentiā agere differunt, segnitiam istam à dæmonis persuasionem tenentem hominum mentibus illapsam, impetissimè reprobās: tandem subdit, Aliud quidem est, debita iuſta reſpocere, aliud propria iurisdictionis amore contemnere. Sed illicitorum veniam postulantem, oportet multis, etiam à licitis abſtinere, dicente Apostolo; *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt, unde si quis pœnitentiam habeat causam quam negligere forte non debeat. melius expedit ecclesiasticum, quam forense iudicium.* Hactenus Leo Papa.

Ex cuius contextu apparet manifeste, si Apostoli verba quibus vtitur, considerentur, & deinde distinctio iusta reſpocētis à contemnente propria perfectionis amore, diui Leonis epistolā necessariō intelligenda fore in actore, nō in reo. Huc etenim pertinet totus reſponſionis contextus: nec potest commode aliud deduci ex ipſo pœnitissimō Pōntificis tenū: cum actōri detur, nō reo agendi libertas, electio & arbitrium: de quibus illic manifestissime agitur.

Sic & illud cōstat, in eodem capite arbitrio, & electioni pœnitentis committi actionem ipsam coram iudice seculari, vt ecclesiastico secundum communem, ita tamen, vt quamuis non peccet nec crimen committat agendo apud iudicem ſecularem, melius tamen faciat, si coram iudice ecclesiastico negocium proſequatur.

Hinc ſequitur: non probari autoritate Leonis Papæ, etiā si ſequamur cōmunem eius interpretationem, pœnitentem publice, ac perpetuo ita eſſe ſubditū ecclesiasticæ iurisdictioni, quod non poſſit apud ſecularem iudicem cōueniri. Non enim loquitur Leo Pontifex in reo, ſed actore. Nec illic datur libertas declinandi iudicium ſeculare in præiudicium eius, qui pro iure proprio exigendo pœnitentem vocauerit ad eum iudicē, à quo nulla lege vel canone expreſſim immunis, & liber cenſetur. Atque hæc quidem dicta ſunt iuxta eum ſenſum, quem Archidiao. gloſ. Dom. Præpoſ. & Cardi. à Turrecremata, & plerique alij tradidēſe Leonis Pontificis maximi reſponſum.

Ipsè vero minime prætermittat & aliter Leonis Epistolā accipere, ac interpretari. Sic quidem, vt cōſtituamus pœnitentē ex eo velle pœnitentiā differre, quod agere deci euerit pro rebus propriis apud iudicem exigendis forenſi ſtrepitu, & actione. Nam quilibet potest iuſtiſſimè reſpocere quæ ſibi iure debetur; tamenſi perfectionis lit, hæc temporalia remittere, & cōtemnere. Potiſſimè tamen pœnitentibus conuenit, hac vti perfectione, & id expedit, quoties differri per ſtrepitū iudicalem pœnitentiā contingit. quibus ſane perpenſis, etiā si pœnitenti liceat actione forenſi vti pro cauſa, quā forſan negligere non debeat, melius tamen erit ex cōſilio Leonis Papæ iudicium ecclesiasticum pœnitentiæ, quā forenſe, id eſt rerū exactionem, expetere. Etenim non arbitror Pontificem ſanctiſſimum in præcitata epistolā cōſtituiſſe diſerimen inter iudicium ſeculare & ecclesiasticū, ſed inter iudicium pœnitentiæ, & forenſe: cum huic diſtinctioni conueniant omnia, quæ ab eodem Pontifice traduntur. Nec potest dubitari, forenſe iudicium recte dici, iudiciū fori exterioris etiā ſi ecclesiasticum ſit, & forū de verbor. ſignifi. eſt igitur diui Leonis reſponſio ſic accipienda, vt ecclesiasticum iudiciū exponamus, id eſt, iudicium pœnitentiæ: forenſe autē id eſt, iudicium exterioris pro rebus petendis. Denique melius erit & conſultius pœnitentibus exactionem forenſem, etiam iuſtam differre, quam eius cauſa pœnitentiā ad tempus remittere.

Gratianus autem in d. c. aliud. verſe. non ait, minime tractat de pœnitentibus: ſed ex multis autoritatibus per eum ad-

ductis colligit in ciuilibus, & criminalibus apud iudicem ecclesiasticum clericum eſſe conueniendum, non apud ſecularem: nec de pœnitentibus verbum aliquod illic expreſſum, aut ſubintellectum extat.

Illud vero in hac quaſtione diſputari ſolet, An hæretici eccleſiæ reconciliati, qui habitum geſtant publice pœnitentiū, ſint ſub iurisdictione inquisitorum, vt & pro aliis criminibus, quæ ab hæreſi diſtincta cenſentur, ab ipſis tantum inquisitoribus puniri debeant, non ab aliis iudicibus ecclesiasticis, vel ſecularibus, & plane, ſi quaſtio iſta eſt examinanda, & definienda ex autoritate Leonis Papæ, ſatis conſtat, quid ſit hac de re omnino reſpondendum. Forſan poterit aliis autoritatibus, & rationibus perſuaderi hos pœnitentes ab ipſis inquisitoribus puniendos fore, non ab aliis iudicibus: quæ & ſi mihi hactenus fuerint incognita, tamen pro arbitrio cuiuſque iuxta Reipublicæ vtilitatem, & cōmodum expendenda ſunt: atque ideo erit poſtſulanda decifio, Regiæ autoritate ſtabilita præmiſſa cōſultatione à ſummis curiæ Regiæ cōſiliariis, quibus hoc negocium & alia cōmiſſa ſunt, quæ ad fidei Catholice cultum, & tutelam pertinent. Quos minime verebor admonere: cogit enim Reipublicæ zelus, ne liberam pernicioſis hominibus, & ſemel Chriſtianā religionem perſidis præſent delinquendi occaſionem, audaciā, atque immunitatem & nihilominus illud cōſtanter aſſerere non dubitabo, nihil ad huius quaſtionis decifionem pertinere textum in c. vt commiſſi. §. nec non faciendi de hæreticā 6. cuius hic eſt literæ contextus. Nec nō faciendi à quibuſlibet aſſignari vobis libros, ſeu quaternos, & alia ſcripta, in quibus inquisitiones factæ ac proceſſus per quoscuq; autoritate Apoſtolice ſedis vel legatorum eius habiti contra hæreticos continentur: & illorum, qui veſtris mandatis obediētes humiliter ſtant propter hæreſim in carcere vel muro reclusi, pœnam vna cum prælatiſ, quorum iurisdictioni ſubſunt, mitigandi vel mutandi, cum videris expedire. Hactenus Bonifacius octauus illa ſiquidem verba: quorū iurisdictioni ſubſunt: ad prælatos palam referuntur, & referenda ſunt, vt tamen conſtat, illos prælatos ſimul cum inquisitoribus habere ius mitigandi, vel mutandi pœnā, quorū ipſi accuſati, & hæretici iurisdictioni ſubſunt, nō alios. Deinde, quamuis ea verba forent referenda in ipſos inquisitores plane intelligi debent quo ad punitionem hæreſis, & quo ad ea quæ pertinent ad hæreſis crimen, nō quo ad alia: quemadmodū omnes homines vniuſus provincie ſunt ſubditi inquisitoribus illius, & eorum iurisdictioni: quo ad hæreſis punitionē, non quo ad alia crimina, & præterea illic tractat ſummus Pōntifex in ſpecie de mitiganda, aut mutanda pœna ſemel hæreticis poſt reconciliationē impoſita. Nam licet alioqui pœna à iudice per ſententiam nominatim inflicta non poſſit per eum mutari, niſi incontinētē l. Paulus in l. ſi de re iudic. quā latiffimè explicat Fel. in c. qualiter. in l. de accuſat. Pœna etenim arbitrio iudicis mitigari potest. Lex ſenior. C. ex quib. cauſis inſamā irrog. l. quid ergo. §. pœna grauior ſi de his, qui not. in inſam. modo id ſiat ante ſententiam gl. Communiter recepta in d. §. pœna. tamen in crimine hæreſis hoc eſt ſpeciale, vt etiam poſt ſententiam poſſit iudex pœnam mitigare, & mutare, ſi id viderit expedire. textus elegans in c. commiſſi. quem paſſim Doctores ibi ad hoc ipſum adnotarunt, & Gonſalus à Villad. in traſ. de hæret. q. 17. nec eſt ad hoc neceſſariū, quod hæc mitigandi pœnæ facultas in ipſa ſententia fuerit à iudicibus inquisitoribus excepta, aut reſeruata: ceteri ſiquidē iudices poſſunt regulariter in ſententia ſibi ipſis reſeruare diminutionem pœnæ, ipſiſſimè declarationem: modo declaratio contraria non ſit pœnæ per ſententiam definitæ: quemadmodum tradidēre Bald. in auth. interdicimus. in ſin. C. de episcop. & cleri. & Fel. in d. c. qualiter. in l. de accuſat. 37.

## CAPVT XXXV.

De rebus & negociis Eccleſiaſticis, quæ ſolent apud huius Caſtellani Regni prætoria frequenter examinari.

## SVMARIA.

- 1 Cauſa poſſeſſoria rei ſpirituale, an ſit temporalis, & an poſſit per iudicem ſecularem tractari.
- 2 Decimarum cauſa quandoque poſſet apud iudicem laicum expetiri.

- Regis. & suprema tribunalis ius habent in his Regnis tollendi vim, & violentiam, que à iudicibus ecclesiasticis appell. iuris sunt. Joier.  
 Nunciarius Apostolicorum potestas à summis Regis consiliarijs examinari potest.  
 Exteri non possunt in his regnis Ecclesiastica beneficia obtinere.  
 Obiter attingitur, an liceat quandoque non absolute literis Apostolicis, que falsis precibus in publicum dispendium impetrantur.

Perunque fit, vt pro maxima Reipublicæ vtilitate, & quiete, causa quædam Ecclesiastica ad Castellani Regni suprema auditoria deferantur multis sane de causis, quæ solent in disputationem adduci, ne vlla ex parte distinctis iurisdictionibus, & tribunalibus læsio fiat. Primum etenim controuertitur de causâ possessionis, quæ contigit circa beneficia, & sacerdotia obtinenda. Nam quodam existimant, causam possessionis rei spiritualis, vel quasi spiritualis temporalem esse, ideoque posse iudicem sæcularem de ea cognoscere ad eius vsq; definitionē, quod probare multis conantur: præsertim ex gl. in c. literas. de iurament. calumnie. que asserit causam possessionis cuiuscunque rei spiritualis temporalem esse, ceteri notant Vincent. in c. vi. de iudi. Bald. in c. i. apud quem vel quos controuersia debeat dici. gl. & Doct. in cap. cum dilectus. in verb. iuramento. de electione. Card. in Clem. diffensam. de iudic. 3. opposit. 10. quæst. est & ad hoc text. opt. in c. vi. de iud. & c. primus. 11. q. 1. & in c. causam. que. in secunda. qui filij sunt legitimi. quibus auctoritatibus constat, iudicem sæcularem, etiam inter clericos esse competentem ad cognoscendū de causâ possessionis rei spiritualis, vel quasi spiritualis. Vt quidam opinantur, qui ex hoc conantur defendere vsum Galliarum forensium, qui diu iam obtinuit, & Martini Papæ literis extat comprobatus, quod iudices sæculares cognoscant, etiam inter clericos de possessione cuiuscunque causæ spiritualis. Huius enim forensis vsus meminere Guido Papæ quæst. 1. & quæst. 71. ac rursus quæst. 85. Guiliel. Benedic. in d. c. Raym. de testam. in verb. & vxorem. in 2. decis. 331. Nicolaus Boerius in decisione 59. nu. 23. Aufrerius in Clem. 1. de offic. ordin. reg. 3. fallen. 24. Ioan. Dayama in proemio pragmatice sanctionis. §. postremo. fol. 112. Thomas Grammatic. decis. 78. apud Ioan. Gallus. quæst. 154. qui scribit iudicem sæcularem apud Gallos inhibere, iudicium petitorum donec fuerit lis finita super possessione. Huiusmodi consuetudinis, & priuilegij meminit late Carolus de Grassalia lib. 2. Regalium Franciæ. iure 5. & Ioan. de Selua in tract. de beneficio. 1. part. q. 7. col. sed an hic Galliarum forensis vsus iure procedat, ex sequent. conclusionibus manifestum fiet.

Prima conclusio: Quoties causa possessionis rei spiritualis mixtam habet proprietatis rationem, non potest per iudicem sæcularem expediri, sed est omnino per Ecclesiasticum examinanda. Hæc conclusio probatur ex eo, quod Possessorium istud iudicium minime dici possit temporale: cum habeat admittam cognitionem iuris spiritualis. e. nam de ord. cogni. e. causam que in 2. qui filij sunt. legit. acque ita Panor. in d. cap. literas. de iurament. cal. probat istam conclusionem: & illic Anto. Barb. alij præsertim, & in specie ex iunioribus Augustin. Berouius in rubric. de iudic. in num. 51.

Ex quo patet, non posse laicū iudicem secundū rigorem iuris cognoscere de causâ possessionis beneficii Ecclesiastici: cum ad iustificandam possessionē in hoc casu sit necessaria quædam summaria probatio alicuius tituli apparentis, nec aliter possit possessio obtineri, etiam quo ad interdita possessionis iuxta glossam celebrē in Clem. vnica. de caus. posses. & propriet. cuius mentionē nos fecimus in c. 2. huius operis nu. 4. quamuis Augustin. Berouius in d. rubric. de iudi. censet, posse iudicem sæcularem cognoscere de causâ possessionis recuperandæ ac retinendæ in beneficiorum Ecclesiasticorum controuersis, etiam si non possit de possess. adipiscendæ tractare. Nam vbi locus sit opinionis præcitate gloss. iudicem, & locus erit huic primæ conclusioni, & in vniuersum latissimè hoc probat Ioan. Dayama in d. §. postremo. quam obrem opinor, iudicē sæcularem nec in interdito adipiscendæ, nec retinendæ, nec recuperandæ poss. cognoscere de causâ possessionis beneficiorū ecclesiasticorum: maxime quia in hac specie non solet controuersia contingere, nisi inter clericos: & ideo cum reus clericus sit, ad iudicē ecclesiasticū erit causa deferenda perpenis iuris vtriusque principis, & conclusionibus admodū receptis: licet causâ possessionis nihil haberet mixtum proprietatis, nec esset in ea quid spirituale, imo tota esset omnino temporalis. Quod est potissime aduertendum. Nam & causâ possessionis in beneficiis ecclesiasticis ad forum ecclesiasticum pertinet, & beneficiis

dicitur. Clem. 1. de caus. posses. & propriet. Conducit ad idem text. in Clem. vn. ca. de sequestra. posses. & fruct.

Secunda conclusio, causa possessionis rei spiritualis, vel quasi spiritualis per laicum iudicem examinari potest, & quandoque debet, si nihil proprietatis mixtū habeat. Hoc constat auctoritate glossæ in d. c. literas. quo in loco ita eam intellexit Panor. Item hoc ipsum tenere videntur Vincen. Ioan. Andr. & Dec. in c. vi. de iud. vbi est text. ad hanc conclusionem singularis. & in d. c. petimus. 11. q. 1. not. Quid. Pap. in d. q. 1. quibus accedit opinio Bart. quæ Communis est in l. Titia. ff. sol. matri. cuius & nos meminimus in epitome ad quartum librum decretalium, 2. part. c. 8. §. 1. in nu. 3. vnde quoties tractabitur de causâ possessionis decimarum iuris patronatus, iuris præsentandi, iuris erigendi, quia in hisce casibus non est ad possessorium ius necessaria proprietatis examinatio, iudex sæcularis erit competens, & coram eo poterit causâ expediri, quia temporalis censetur.

Verum, si diligēter examinauerimus rationes, & auctoritates, quibus hæc secunda conclusio probari solet, plane manifestum fiet, non esse satis certam, nec tutam: imo prorsus destitutam omni legum, & Canonū, quibus standum sit, auxilio ceteri. Est etenim regula iuris Pontificij, que dicitur, causas ecclesiasticas tractandas, & examinandas fore apud iudices ecclesiasticos, non apud sæculares, cap. 2. de iudic. in Ecclesiasticas autem causas intelligi, non de rebus temporalibus ecclesiarum, sed de rebus spiritualibus ecclesiarum, & de his, que quasi spirituales censentur: & constat, causam possessionis, etiam simplicem, & indistincte dici ecclesiasticam: vt probari ac deduci poterit ex textu in dict. Clementi. vnica. de caus. posses. & propriet. & Clementi vnica. de sequestra. posses. & fruct. & ideo fallam esse censio hæc secundam conclusionem ex auctoritate Antonij in dict. cap. vi. de iudic. & aliorum, quos sequuti sunt Ioannes Dayama, & Augustinus Berouius in præcatis locis.

Non obertit glossa in d. cap. literas. quia ea communiter reprobat, vt asseruat Aufrerius. in decisione 470. & præterea priuatam non publicam auctoritatem habet, textus autem in d. c. vlt. de iud. facillime ab hac controuersia excluditur, cum illic tractetur de officio, & dignitate sæculari. & electione ad eandem constituenda, non de dignitate ecclesiastica: vt inibi glo. & Doctores Communiter admonent. Sic & in d. cap. causam, que. qui filij sunt. legitimi. causa possessoria, que temporalis censetur, & recte, ad hereditatem bonorum temporalium pertinet: non ad matrimonium, nec ad aliud, quod sit spirituale, sicuti probat eleganter Robertus de Freta Rotæ auditor in consil. Agidij à Bellamera 40. col. 17. deinde in d. c. petimus. 11. q. 1. sæculare iudicium potius in auxilium ecclesiastici requiritur & postulatur, quam ad principale causæ ecclesiasticæ cognitionem, & examen. Nec quidquam vrget Bart. opinio in d. l. Titia. nam & ea non est omnino certa: vt in d. §. 12. obiter attigimus: nec est admittenda indistincte, sed in ipsa nec stricta specie, de qua ibidem agitur, & omnino simili. Ex quibus opinor vsum forensium Galliarum admodum refragari iuris Pontificij receptis conclusionibus: tamen quandoque Reipublicæ conueniat, illum etiam apud nos admitti. Idcirco sequentia non temere adnotabimus.

Primum etenim illud existimo constitutissimum esse, quod non possit iudex sæcularis quecunque sit, quoties agitur res inter clericos, aut reus tantum clericus est, de causâ possessionis tractare, etiam si fateremur, eam esse temporalem: cum clericus sit apud ecclesiasticum iudicem conueniendus ex vtriusque iuris regalis. maxime probatur in c. qualiter de iud. auct. statumus. C. de episc. & cler. c. palam. c. in lita. 11. q. 1. imo nec valet consuetudo in contrarium, vt censet Rotæ in antiquis 840. cuius meminit Martinus Azpilcueta in cap. cum contingat. de rescript. 1. remedio. pag. 154. quo in loco hæc primam conclusionem, quam nos proponimus, palam asserit, & tamen decisio Rotæ non satis in hac specie loquitur, sed in alia, quam nos superius examinauimus.

Secundo erit illud obseruandum, quod clerici poterūt apud iudicem sæcularem petere, laicum solutionem decimarum recusantem compelli ad eas soluendas: cum tantum agitur, an decimæ sint solutæ vel an teneatur ille soluere, vel alius: non autem de iure decimarum, nec de exemptione, aut priuilegio ab earum solutione liberanti. Ecclesia siquidem duos ad hoc iudices habere poterit: nempe sæcularem & ecclesiasticum: vt probare vult Fre-

Frederic. in consil. 245. tametsi referat, quod sã voluisse, quod ubi tractatur tantum de quaestione facti super decimis, non de quaestione iuris, causa contra laicum solum pertineat ad iudicem saecularem. Quod ipse non admitterem, quia video, posse laicos ad solutionem decimarum censuris, & aliis modis per ecclesiasticum iudicem compelli: vt constat ex tota Rubrica & titulo de decimis, etiam si quaestio facti tantum sit examinanda. c. peruenit. c. nuncios. c. cum homines. c. de reu. de deci. Clem. 2. de indi. atque ita regia lex hoc ipsum probat. l. 34. & 6. tit. 2. lib. 3. ord. [hodie l. 2. tit. 5. lib. 1. Recopil.] & est ni fallor, communis opinio.

Tertio, quoties Decima à Romano Pontifice beneficia-rio feudatoriove iure translata fuerint in principẽ laicum: poterit iudex saecularis, vt cunq̃ue causa tractetur, de decimis cognoscere: imo ad eum pertinet huius causae cognitio priuatiue. Quod in regno Francia seruari tradunt Carol. Mol. in consuet. Parisi. tit. 1. Rubric. & §. 46. q. 4. Ioan. Rupellanus lib. 1. forensi. Instit. c. 25. sic semel ex literis Regiis vidi decimarum causam tractari inter Ecclesiasticos apud hoc Granatense Praetorium, ex eo, quod Reges Catholici Ferdinandus & Elyfabeth decimas huius regni Granatenfis obtinuerint à Pontifice Maximo, cum onere dotandi Ecclesias.

Quarto erit & ad hæc obseruandũ, causam decimarum quandoque in his regnis tractari apud Regios auditores: nempe cum laici contendunt, Decimas ab eis exigi, quæ legitima temporis præscriptione minime debentur, & sunt remissa, denique conquerunt contra morem & consuetudinem decimas ab eis exigi: nam & si condemnentur à iudice Ecclesiastico, nihilominus ex querela causa retinetur apud Regia prætoria. Si quidem & literæ Regiæ passim dantur à supremo senatu ad id, vt laici non cogantur decimas illas soluere, quæ solui legitima temporis præscriptione non confluxerunt: quemadmodum ipse adnotauit lib. 1. variat. resol. c. 17. nu. 9. vers. 9. & idem fieri apud Gallos testatur Carol. de Grassalia l. 2. Regal. Francia, iure 7. col. 5.

Quinto non video, congruam rationem, qua defendi iure valeat, laicum Decimarum conductorem, posse conueniri absque vlla fori præscriptione apud iudicem Ecclesiasticum: in hac etenim specie non agitur de iure decimarum, nec de decimis soluendis ab his, qui tenentur eas soluere, sed de soluendo precio quo conductæ fuere decimæ alicuius Parochiæ, etiam à colonis, & à quibuscunq̃ue prædiorum dominis soluta. Et ideo recte poterunt hi conductores apud iudicem saecularem conueniri: imo iure ordinario debet ab eo causa tractari, poteritque iudicium ecclesiasticum declinari. Quamuis iure Regio expeditum sit, conductores istos posse apud Ecclesiasticum iudicem conueniri, quoties in conductionis contractibus se conductores submiserint iurisdictioni ecclesiasticæ, censuris, & aliis Canonice legibus, aut iuramentum præstiterint. Vt est text. in l. 6. tit. 1. lib. 3. ord. [hodie l. 9. 10. 11. tit. 1. lib. 4. Recopilat.] Idem sentit l. 3. eiusdem tit.

Sexto non negamus, posse iustissime iudicēs Regios, qui prætoris assident, & inibi iura partium Regio & supremo nomine tutantur, extraordinarie tractare causam possessionis: in qua de possessione beneficii disputetur. ad effectum, vt quæta Respublica sit, ne fiat alicui iniuria & violentia, aut indebite possessio, quam obtinet, expolietur. Hoc enim etiam in Neapolitano Regno saepe fieri testatur Matth. de Affl. decis. 24. scribens in hoc iudicio potius agi de defensione extrajudiciali, quam de iudiciali ordinaria cognitione. Quia tantum id agitur, quod quis restituatur ad possessionem, quia inique & per violentiam fuerat expoliatus à iudice ecclesiastico.

Ceterum in hac Regia & Castellana Republica illud obseruatissimum est, & diu obtinuit à tempore, quod memoriam hominum excedit, posse ab his, qui à iudicibus ecclesiasticis vi, & censuris opprimuntur, Regios auditores, & consiliarios qui apud Regia suprema prætoria iura litigantibus reddunt, omnino adiri, vt vim auferant, & compellant iudices ecclesiasticos ab ea inferenda cessare. Extat inter huius Regni leges lex Regia 5. tit. 1. lib. 2. ordin. [hodie l. 2. tit. 6. lib. 1. Recop.] Expeditiorque constat instructio, quam Regium decretum exhibuit anno Domini 1548. [hodie l. 36. & 37. tit. 5. lib. 2. Recopil.] qua & modo vtimur, & olim item vti fuere Regij consiliarij. Nam ubi lis agitur apud iudicem ecclesiasticum etiam inter ecclesiasticos, qui per sententiam condemnatus appellauit: iudexque non vult

deferre appellationi, & ideo pro executione nullis afflic- tur censuris, & grauaminibus, conqueritur simpliciter que- rela coram Regijs auditoribus ex eo, quod non deferatur appellatio, quam ad sedem Apostolicam proposuit: tunc sane statim ex sola simplici querela dantur literæ Regiæ, quibus præcipitur tabellioni sub certa pena, quod intra breue tempus mittat ad curiam acta causa, & processum, & rogatur iudex Ecclesiasticus, vt absoluat excommunicatum ad aliquot dies, qui sufficiant missioni & examinationi processus. Quod si contumax iudex sit, dantur secunda literæ, ac tandem tertiæ, & id agere cogitur penis quibusdam, quarum inferius mentionem agemus. Viso autem processu, & visis actis causæ, tantum illud agitur, an iuste ille iudex deferre noluerit appellationi. Et denique si com- pertum sit, appellationem esse frivolum, causa ad eundem remittitur, sin autem iusta visa fuerit appellatio, tollitur illa vis, & iniuria quæ aduersus sacros Canones, & auctoritatem sedis Apostolicæ fit appellanti ad eandem: & præcipitur illi iudici, quod appellatiõni deferat, & absoluat excommunicatum, omniaque acta post appellationem retractet, ac reducat in eum statum, in quo erant tempore appellationis, & sententiæ.

At si laicus per iudicem Ecclesiasticum grauetur, nec ipse iudex sit illius causæ competens, quia reus laicus est, & causa profana, tunc etiam si grauatus appellet, dantur literæ regiæ ad hoc vt iudex ecclesiasticus non cognoscat de ea causâ, & remittat eam ad iudicem saecularem, vel mittat processum ad curiam, quo viso, si causa pertinet ad saeculares iudices, non agitur de deferenda appellatione, sed inhibetur ecclesiastico iudex cognitione illius litis, & remittitur causa ad saecularem iudicem: quemadmodum laicius apparet ex regia instructiõne, quæ typis extat tradita inter Granatenfis curiæ ordinationes, fol. 160.

Nec regij consiliarij cognoscunt de iustitia appellationis ad summum Pontificem deferendæ: ad hoc, vt ab ipsis sententiã confirmetur, vel reuocetur: sed tantum ad hoc, vt tollatur vis illa, quæ à iudice Ecclesiastico iniustissime fit appellanti, dum cum censuris iudex opprimit pro executione sententiæ, quæ nõndum transierit in rem iudicatam pendente appellatione ad summum Pontificem proposita: cui tenebatur iudex omnino deferre iuxta Canonica- rum sanctionum decreta.

Hic autem forensis vsus & praxis, qua Regij Consiliarij vtuntur, multis rationibus iustificari potest, & primo propter maximam eius vtilitatem, quæ Reipubl. accedit cum aliqui nisi remedium hoc, & auxilium aduersus iudices Ecclesiasticos adhiberetur, grauissime opprimerentur innocentes à iudicibus Ecclesiasticis, qui procul à Romana curia passim iurisdictione, & potestate Ecclesiastica abuterentur.

Secundo probatur autoritate text. in cap. filius vel nepotus. 16. quest. 7. ubi constat, Episcopis & Archiepiscopis negligentibus punitionem eorum rectorum, qui bonis ecclesiasticis abutuntur, posse regem adiri, vt illi malo medeatur, & licet Panor. in equaliter & quand. de iudic. aliter illius capituli verba interpretari velit, & dicat: illum text. corrigi per iura noua, perfectio nulla extat iuris noui correctio ad hunc effectum, vt princeps saecularis oppressos violentia iudicum Ecclesiasticorum inferiorum liberet, interim donec à summo Pontifice præstetur iure debitum auxilium.

Tertio, ad idem conducit plurimum text. in c. principes 25. q. 5. quo in loco testimonium Ifidori à Gratiano adducitur in hoc vt sciamus, principes saeculi intra Ecclesiam eam potestatem habere, vt superborum ceruices comprimant, & quod fieri non potest per iudices Ecclesiasticos, ab ipsis iuxta disciplinam Reipublicæ vtilem, executioni mandetur. Ergo ubi præsto non est qui liberet oppressos à iudicibus Ecclesiasticis, potestate quidem Ecclesiæ, ipse princeps saecularis poterit auxilium miseris ministrare.

Quarto his accedit Hieronymus in commentariis ad cap. 22. Hieremi. cap. Regum 23. quest. 5. Regum, inquit, officium est proprium facere iudicium, atque iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos. Idem constat autoritate Ioan. Papæ octauij, quæ ab ipso Gratiano traditur in cap. administratores, 23. qu. 5.

Quinto iustitia huius praxis ex eo deduci videtur, quod eum omnes fere Christiani orbis principes saeculares hæc vtantur, & tot annis fuerint vti potestate, consilio prudentissimum

issimorum virorum, qui iustitiæ zelo & Christiana pietate id ipsi persuaserint. credendum omnino est hoc in maximam fieri Reipublicæ utilitatē, commodū, & ad rectum vtriusque spiritualis & temporalis iurisdictionis vnum & compendium. Quod si quis contendat à principibus sæcularibus hanc tollere potestatem, statim, non quidem sero compariet experimento manifestissimo, quantum calamitatis Reipublicæ inuenerit. Hic vero forensis vltus non tantum in his Castellanis regis Hispaniarum ditionibus, & principatibus, sed & apud Gallos, aliosq; Christianæ Reipublicæ sæculares principes est eundem receptissimus: vt commemorat omnium, quos ego legerim, diligentissime Martinus Azpilcueta in c. cum conuincit. de rescript. remedio. 1. pag. 146. Carolus de Grassalia lib. 2. Regalium Francia. iure 7. Steph. Autrer. in Clem. 1. de offi. ordin. reg. 2. sullenia. 30.

Aduersus vero Clericos, & Ecclesiasticos iudices illa est frequentissima poenæ comminatio quæ fit ad amissionem rerum temporalium, quas obtinent in his regnis, & deinde quod censentur extranei ab eisdem. Cuius comminationis mentio fit in l. 5. tit. 1. lib. 5. ord. eiusque meminere Guliel. Bened. in cap. Raynui. de test. in verb. & uxorem nomine. Adelsam. 2. decis. nu. 460. & Carol. de Grassalia lib. 2. Regalium Francia. iure 7. col. pen.

Sed & ex multis alijs causis in his Hispaniarum Regnis iur ad supremos regis consiliarios, & ad eiusdē regis auditoria pro Ecclesiasticorum negotiorum expeditione, quæ maximam assert Reipublicæ utilitatē, si quæ diu obtinuerunt, & quæ nuper ab inuictissimo Carolo, eiusque Catholicis, simul & prudentissimis cōsiliarijs his de rebus decreta fuere ad vnguem seruata fuerint. Habent etenim regia prætoria formam, & modum à rege præscriptum: quo vt debent in hisce negotijs examinandis, & expediendis. Nos vero hac de re vltius agere præmittimus, quod compertum sit, hoc onus, & munus alios suscepisse, qui pro sua egregia eruditione, praxi, & multa lectione præstantius poterunt pro rei dignitate tractatū istū absoluerit: & tamen obiter lectorem admonebimus, duo vel tria in hac materia interim adnotari posse.

Primum: quod paulo ante itidem dicebamus, maximum extat huius praxi fundamentū ad eius iustitiā comprobendam ex eo, quod idem fiat apud Gallos & plerique Christiani nominis gentes. Nam sicuti apud Hispanos potestatis legatorum, seu nunciorum Apostolicæ sedis examinarur, vt admoneri possint à summo Regis prætorio, quibus vt conueniat dispensationibus & commissionibus, ne quid fiat in Reipublicæ dependium: cum plerunq; nuncij Apostolici exteri sint: nec satis nouerint, quæ sunt omnino præcaueda, ne falsis precibus, & suggestionibus decipiantur: ita & idem fieri solet apud Gallos: teste Caro. Molin. in reg. cancell. de infirmis resignantibus. nu. 139. ita etenim inquit, de regno Franciæ: In quo nec legatus quidē Papæ, siue lateralis, siue missus quidquam auctoritate papali exequi potest in regno, nisi prius permissionem expressam à rege obtinuerit homologatam à supremo tribunali regio, in quo Legatus aliquid exequi, nec in terris regni, quæ nuper adhuc erant in possessione regis Franciæ, sine consensu Comitum Flandriæ, vt vidi per programma Caroli V. Imperatoris, qui ibi idem ius conseruat: cuius programatis exemplar habeo sub, data 13. die Maij Anno 1531. Hactenus Molinæus. Ex quo apparet, non tantum in Hispania, sed & in Flandria, & apud Gallos hoc ipsum frequentissime fieri.

Sic etiam in his regnis multis in casibus, & negotijs Litteræ Apostolicæ ante executionem earum ad regia mittuntur auditoria, & tribunalia: idque fit ex regio decreto, vtilitatis examinentur, ne quid fiat, & obtineatur falsis precibus, & importunis suggestionibus à summo Pontifice aduersus, regni regumque Hispaniarum priuilegia, & Apostolicas concessiones: denique ne literæ summi Ecclesiæ præstis contra publicam spiritualis, Ecclesiasticæ, & temporalis huius prouinciæ utilitatē præter ipsius concedentis voluntatē, & consensum executioni mandentur. Etenim & alij Christiani orbis principes eodem iure vniuntur, & hactenus vsi fuere: quemadmodū manifestum fit ex testimonio Ioannis Driedonij viri & moribus, & sacre Theologiæ professione insignis. Is inquam in lib. 1. de libertate Christiana pag. 183. distinguēs, aliud esse potestatem sæcularem absolute mandare, aut constituere, ne quisquam pareat literis Apostolicis iustitiā, aut gratiam concer-

nentibus: aliud vero esse potestatem sæcularem mandare, aut constituere, vt sine suo beneplacito & examine nemo pareat huiusmodi literis, nec executioni mandet eisdem: primum quidem improbar: secundum vero admittit his sane verbis: Secundum autem videtur posse fieri absq; contemptu potestatis Ecclesiasticæ, & absque iniuria, & odio, aut grauinam, seu præiudicio Ecclesiasticæ libertatis, & sanctæ sedis Apostolicæ vel literarū eiusdem. Potest enim contingere, quod princeps quispiam, aut ex priuilegio, seu commissione Papæ hoc faciat: sicuti Carolus Imperator habuit ex priuilegio Synodi, ne sine suo consensu consecraretur, vel infraeretur Episcopus: aut ex causa rationabili secundum congruam loci, & temporis, ad sic statuendum atque mandandum moneatur propter abusus tollendos, ne præficiantur extranei, aut inidonei, qui per nimiam importunitatem falsasque suggestiones literas Apostolicas impetrarunt, vel impetratis abuti volunt ad oppressiones pauperum, qui alioqui sub prætextu literarum Apostolicarum longis litibus, grauibque sumptibus vexari possent: non quod potestas secularis velit sibi aut iudicium Ecclesiasticarum rerum vlturpare, aut viros idoneos auctoritate Apostolica institutos impedire, aut super illorum idoneitate iudicium sumere, sed quod velit ad adificationem Reipublicæ statum Ecclesiasticum promouere. Hæc Driedonius.

Secundo adnotandum est, ius hoc quod Castellanus hic principatus, & regia obtinet Reipublica, ne dentur Ecclesiastica beneficia exteris, non tantum procedere à concessione Romanorum Pontificum, præscriptione & vsu immemorabili vt constat in l. 18. & segg. li. 1. ord. tit. 3. [hodie l. 14. tit. 3. lib. 1. Recop.] & multis alijs pragmaticis à Carolo V. Hispaniarum Rege primo editis: sed & à maxima & euidenti regiminis spiritualis, & ecclesiasticæ utilitate, ita quidem, vt ex contrario vsu, & praxi plures contingant ecclesiarum ministerio calamitates, quarum si certa habuerit summus Christi vicarius cognitionē, dubio procul pro illius supremæ dignitatis, quam summus totius ecclesiæ pastor, & rector obtinet, integritate, iustitia, & diuini cultus zelo tantis, & tot malis medelam adhibebit: cuius equidem rei iudicium nec nostrum est, nec præsentis tractatus, iam coronidem exigentis, examini pro eius dignitate cōmitti debet. Sed & iuri quo vtimur, suffragatur text. in c. bona. in 2. col. vlt. de postul. prelat. item text. in c. vlt. de Cleric. peregrinis. tex. in c. Aphros. 98. dist. c. nullus. in iur. 61. dist. c. neminem. 70. dist. ex iure ciuili tex. in l. in ecclesijs. C. de Episc. & Cler. l. vna. Canon licere habita. Metrop. lib. 1. l. 1. 2. C. de annonijs ciuili. eod. lib. cum multis alijs quæ traduntur per Gulielm. benedict. in ca. Raynui. in verb. & uxorem. decis. 2. nu. 144. de testam. gl. Chofma in proinno pragm. sanctionis in §. nam ecclesiarum. in verb. exteriorum. Ioan. Dayan. in proinno eiusdem pragm. sanctionis. incipiendi. Franciscus. in verb. vendicabant. fol. 60. Seluam. de beneficio, 3. par. 26. Petr. Rebuffum in tract. de beneficijs. tit. de rescriptis mixtis. pag. 976. Ludo. Gome. in reg. cancellaria. de idiomate. q. 1. Rursum Seluam. de beneficio, 2. par. q. vlt. Carolus de Grassalia lib. 2. Regalium Francia. iure 8. Quibus accedere poterit gl. celebris in capit. ii. proponente. de rescriptis. Cuius præter alios meminere Corset. in singul. in verb. surreptio. & Felin. in c. sicut tuus. de simonia. item & opt. gl. in c. si pater. de testa. in 6. in verb. pauperes. cuius nos meminimus, in c. cum tibi. de testam. num. 14. gl. etiam in c. hortamur. 71. distinct. cuius rationem expendit Rochus in tract. de iure patronatus, in verb. honorificum, quest. 18. & Lambertinus de iure patronatus. secundo libro. parte prima. quest. 7. art. 24. ex quibus omnibus poterit lector multa longius deducere ad iustificationē, & defensionem huius iuris & priuilegij, quo aduersus externos in ecclesiasticis beneficijs passim vtimur.

Vnde sanctissimū esset, & Reipublicæ consultissimum, quod summus ecclesiæ Pontifex, aut Oecumenica Synodus sanciret vt omnia cuiuscunque diocesis beneficia saltem curam animarum habentia, patrimonialia efficerentur, atque non reciperentur, nisi ciues, vel qui in sunt oriundi. Quod in concilio Tridentino summo omnium consensu consultatum fuisse, testis est Dominicus Soto lib. 3. de iustitia & iure. quest. 6. art. 2. pag. 258.

Ne vero quis existimet, quidquam apud regia Hispaniarum prætoria in hisce rebus, & negotijs Ecclesiasticis fieri, quod vel minimum deoret summi Pontificis potestati: ablit enim hoc Catholicis Hispaniarum principibus, qui sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, eiusque summi, & totius  
Chri-

Christiani orbis pontificis decreta, & madata maximo conatu exequentur, & venerantur: obsecro, cado animo expendat literarum Apostolicarum executione quandoque differri, ac suspendi regij pratorij decreto & auctoritate, vt Maximus Christi vicarius interim certior fiat, quot & quantus afficiatur incommodis, & grauaminibus Reipublica ista propter multa, quæ ab ipso falsis precibus & suggestionibus impetrantur, quæ minime sanctissimus Pontifex foret concessurus, si per sinceram, iustamque narrationem certo sciret, quid spirituali, ecclesiastico, & temporali huius regni, & principatus recto regimini sit cõducibilis. Quod non aliter percipi valeat, quam per delationem omnibus numeris absolutam, quæ à viris prudentissimis, atque in huius Reipublicæ administratione diu exercitissimis ipsimet Pontifici fiat. Interim igitur dum Põtifex summus instructor hifce de rebus, publicæ vtilitati consulere decernit, aliquot literarum Apostolicarum executio differtur eo quidem consilio, quod Pontificia & Cæsarum responsa passim exhibent: præsertim in c. si quando, de rescript. & in l. si vindicari. C. de penit. c. cum apud Thessalonicam. 11. q. 3. quorum nos longius meminimus in reg. peccati. in princ. de reg. iur. in 6. nu. 5. & in lib. 2. variat. resolut. c. 8. nu. 1. Quibus accedit text. in c. sunt quidam. 25. q. 1. & c. 1. 40. d. si inc. c. mater. 24. q. 1. & c. si quis non recte. 24. q. 3. ex Hieronymo, vt opinatur Gratianus, cum potius sit ex Origine homil. 14. ad cap. 24. Leuitici. Item glo. in auth. de mandatu principum. §. denique competens. in verb. nunciatus. cuius meminere Bald. & Fel. in d. c. si quando. est illi similis glo. in auth. vt determinatus sit numerus clericorum. §. vlt. collatio. 1. in verb. contradicere. extat & elegans decisio Innocenti. in c. inquisitioni. col. vlt. de sent. excom. quem sequuntur illic Ioan. Andr. Ant. & alij, & Abb. super concilio Basiliensi. num. 14. idem in q. 1. nu. 2. vers. 2. Tertius casus incipit, quæst. Episcopus quidam. Fel. in d. c. si quando. num. 4. Decius in cons. 151. nu. 5. Card. in cons. 150. col. vlt. & cons. 167. his etiam congruit ratio text. in c. cum teneamur. de prebend. & gloss. in cap. 2. 62. dist. cum multis quæ à Felino traduntur in cap. nihil. de prescript. sed & præter alia sunt adnotanda verba cuiusdam Cardinalis, quæ Felinus refert in d. cap. si quando. col. 2. vers. per istum tex. Dominus noster. & quæ scribit S. Thom. 2. secundæ quæst. 69. art. 4. vers. respondeo. & Caietanus admonet. 2. 2. quæst. 39. artic. 1. vers. in responsione ad secundam. Et idem Caietanus in tract. de auctoritate Papæ & consilij. cap. 27. vers. ad secundam rationem, quæ prius scripsere Card. à Turre Cremata lib. 2. de ecclesia. c. 106. Card. Alexand. in summa. 15. dist. num. 41. & Card. Iacobatus in tract. de concilio. lib. 8. artic. 3. vers. quintum remedium, quæ tamen omnia sunt cautissime legenda, ne quid temere fiat aduersus Christi vicarium, Ecclesiæ Catholice caput, & rectorem his de rebus certiorum factum, ea adhibendum remedia, quæ sint salutis vtriusque Reipublicæ spiritualis & temporalis, præsentissima.

Deum vero optimum maximum Iesum precamur supplices, vt eos Reipublicæ, spirituali, ecclesiasticæ, & temporali dignetur præbere principes: quibus secepta tenentibus contentiones omnes procul eliminentur: quod plane fiet diuino auxilio, si quisque princeps spiritualis, & temporalis publicam vtilitatem præ oculis semper habuerit.

C A P V T XXXVI.

De iure patronatus laicorum, ad differentiam iuris patronatus ecclesiastici, & vtriusque derogationem.

S V M M A R I A.

- 1 Iuri patronatus laicorum licet Papa derogare possit, non censetur derogatum, nisi expressa eius mentio fiat.
- 2 Ius patronatus laicorum, quo pacto ab ecclesiastico distinguatur.
- 3 Derogationes iuris patronatus laicorum in his Hispaniarum Regnis minime admittuntur.
- 4 Quid ubi beneficium iuris patronatus laicorum vel patrimoniale, & huius simile in curia vacauerit.
- 5 Quid de iure patronatus ecclesiastico, quod habuit à laicis, & eorum patrimonio originem? & de iure patronatus clericis & laici.
- 6 Quid de iure patronatus adquisito per prescriptionem, aut priuilegium, & de patrono possidente.
- 7 Derogatio iuris patronatus laicorum, an sit admittenda, ubi beneficium erat in curiam litigiosum.

- 8 De iure patronatus competentis alicui fraternitati laicorum.
- 9 Agitur de permutatione beneficiorum, quorum presens actio pertinet ad patronos laicos: & de simplici resignatione.
- 10 Pensio an possit constitui super beneficiis iuris patronatus laicorum absque earum consensu.
- 11 De unione beneficiorum iuris patronatus laicorum.
- 12 De dispensatione ad retinendum beneficium vacaturam.

Ceterum præter multa, quæ in ecclesiasticis controuersis, & quaestionibus solent apud suprema huius regni tribunalia tractari, illud frequenter in litem incidit, & disputatur, quanam ratione ius patronatus laicorum distinguatur à iure patronatus ecclesiastico: cum vtrunque iure Pontificio ad presentationem, & ordinationem ac regimen ecclesiarum pertineat. Extat enim edictum Caroli Cæsaris, primi Hispaniarum Regis, [hodie l. 25. tit. 3. lib. 1. de capil. & l. 5. tit. 6. lib. 1. Recopilat.] quo equidem prælati iniungitur, & Regij magistratibus præcipitur, vt diligentissime curent, ne auctoritate literarum Apostolicarum derogatio fiat iure patronatus laicorum. Atque ideo ex ea pragmatica sanctione Regij consilij Apostolicæ literæ, quibus iuri patronatus laicorum derogatur, examinare constitur: & denique earum executionem suspendunt interim, donec per supplicationis auxilium summus ipse Pontifex certior fiat, quantum detrimentum hinc Reipublice imminet, quam graue scandalum suboriatur ex hifce frequentissimis derogationibus, vt tandem huic læsioni publicæ occurrat, ne alioqui laici à pijs operibus ecclesiarum donatione, constructioneque magno religionis incommodo abstineant.

Illud vero in primis iure respondendum erit, posse summum Pontificem derogare, non tantum iuri patronatus ecclesiastico, sed & iuri patronatus laicorum gloss. Communiter recepta in Clem. 2. vers. Apostolicis. de prebend. Archid. in cap. pia. mensu. 16. qua. 7. Innoc. & omnes in cap. cum dilectis. de iure patro. Abb. in c. 3. notab. 2. idem in c. illud. ad finem eod. tit. & in dispensat. incipienti, Augerio. col. 5. Ioan. And. Domi. & Franc. in cap. de prebend. in 6. late Felin. in tract. quando litera Apostolica nocent patro. col. 2. Rochus in tract. de iure patro. verb. honorisum. qu. 3. post Archid. in d. cap. 2. Cæsar Lambert. in tract. de iure patro. 1. d. 3. part. q. 9. artic. 2. quorum Opinio dubio procul Communis est. Quæ tamen ita est intelligenda, vt minime iudicemus, summum Pontificem derogare iuri patronatus laicorum, nisi id expressim ex literis consiterit. Sic etenim cõcordi omnium prope sententia diffinitur, vt quemadmodum apparet ex Lapo allegat. 96. gloss. in dict. Clementina. 2. in verb. Apostolicis. Nec in hoc aliqua est controuersia: siquidem omnes iuris vtriusque interpretes, quorum modo meminimus, & alij, qui ab his nominatim citantur, passim asseuerant, non aliter censeri à summo Pontifice derogatum iuri patronatus laicorum, quam si id fuerit literis expressum. Quod non est longius inquirendum, vel ex ea causa, quia ab aliis fuerit satis rationibus & iuribus probatum. Nam & hoc discrimen passim constituitur inter ius patronatus ecclesiasticum, & ius patronatus laicorum, vt priori derogatum censetur per collationem à summo Pontifice factam, etiam si nulla fiat eiusdem patronatus in literis mentio, posteriori vero necessaria sit ad eius derogationem mentio specialis, secundum omnes in dict. ca. 2. de prebend. in 6. tradit Cælsador. decisio. 4. tit. de proba. præter Felin. in d. tract. quando litera Apost. col. 2. Angel. in l. sed si hac. §. patro. ff. de in ius vocand. Lambertinus in d. quæst. 9. art. 3. Rota in nouis 331. col. penul. est ad hoc text. optimus in cap. super eo de officio delegat. Imo. Ius patronatus pertinet ad regem, aliqueum, ducem, aut Marchionem, non sufficit, quod in literis mentio fiat iuris patronatus laicorum, nisi & illud fuerit, adiectum, quod illud ius patronatus ad regem, ducem vel marchionem spectat. Est enim ad hoc regula cancell. 40. quæ multis alioqui rationibus poterat cõprobari, quas non temere hac in parte missas lacimus, tradidit tamen Felin. in tractat. quando litera Apost. ampl. 8. & Lambert. in dict. quæst. 9. artic. 1. Rebuffius in practi. beneficiorum. 3. parte signatura. num. 68. & Ioan. Lupi. in tract. de beneficiis vacanti. in curia. §. 11. Quod autem diximus de derogatione iuris patronatus laicorum, adeo verum est, vt quamuis in literis Apostolicis dictum fuerit, ad cuiuscumque collationem, seu presentationem beneficium pertinet, nihilominus non comprehenditur beneficium, quod spectat ad presentationem laicorum, sicuti ex eadem ratione scripsere Lupo allegat. 84. numer. 6. Domin. in capit. cum illis. §. 1. de prebend.